equos et mulos per annos singulos. **E**gressi autem salomon currus et equites: et facti sunt ei mille quadringenti currus: et duodecim milia equitum: et disposuit eos per ciuitates munitas et cum rege in hierusalē. Fecitque ut tanta esset abundantia argenti in hierusalē quanta et lapidum et cedrorum prebuit multitudinem quasi sycamoros que nascuntur in capestribus. Et educebantur equi salomoni de egypto et de choa. **N**egotiatores enim regis emebant de choa et statuto precio perducebant. Egrediebatur autem quadringenta ex egypto sexcentis siclis argenti: et equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cuncti reges etheorum et syrie equos venundabant.

CL. S. De septingentis vxoribus et tricenis concubinis regis per quas salomon peruaricatus est: comminatur ei dominus et suscitatur aduersarios eius Adad rason et ieroboam. de concussione regni de achia ppheta ad ieroboam misso salomoni voluit interficere ieroboam sed fugit de morte salomonis

Rex autem salomon adamauit mulieres alienigenas multas: filiamque pharaonis et moabitidas et ammonitidas idumeas et sidonias et cetheas: de gentibus super quibus dixit dominus filiis israel. Non ingrediemini ad eas: neque de illis ingrediemini ad vestras. Certissime enim auerterunt corda vestra: ut sequamini deos earum. **H**is itaque copulatus est salomon ardentissimo amore. Fueruntque ei vxores quasi regine septingente: et concubine trecente. Et auerterunt mulieres cor eius. **L**unc iam esset senex deprauatum est cor eius per mulieres: ut sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum domino deo suo sicut cor dauid patris eius. sed colebat salomon asberthe deam sidoniorum: et chamos deum moabitarum: et moloch idolum ammonitarum. Fecitque salomon quod non placuerat coram domino: et non adimpleuit ut sequeretur dominum sicut dauid pater eius. **L**uc edificauit salomon phanum chamos idolo moab in monte qui est contra bethel: et moloch idolo filiorum ammon. Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis que adolebant thura: et immolabant dominis suis. **I**gitur iratus est dominus salomoni quod auersa esset mens eius a domino deo israel qui apparuerat ei secundo et preceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos: et non custodiuit que mandauit ei dominus. Dixit itaque dominus salomoni. Quia habuisti hoc apud te et non custodisti pactum meum et precepta mea que mandauit tibi: dirupes scindam regnum tuum: et dabo illud seruo tuo verum in diebus tuis non faciam propter dauid patrem tuum. De manu filii tui scindam illud: nec totum regnum auferam sed tributum vnam dabo filio tuo: propter dauid seruum meum et bethel quam elegi. **S**uscitauit autem dominus aduersarium salomoni adad idumeum de semine regio: qui erat in edo. **L**uc enim esset deus in idumea: et ascendisset ioab princeps militie ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti: et occidisset omne masculinum in idumea. **S**ex enim mensibus ibi moratus est ioab: et omnes

israel donec interimeret omne masculinum in idu-
 mea. fugit adad ipse et viri idumei de seruis pa-
 tris eius cum eo: ut ingrederetur egyptum. Erat
 autem adad puer paruulus. Cumque surrexissent de
 madian: venerunt in pbaram. Tuleruntque secum vi-
 ros de pbaram et introierunt egyptum ad pharaonem
 regem egypti. Qui dedit ei domum: et cibos
 constituit: et terram delegauit. Et inuenit adad
 gratiam coram pharaone valde: tantum ut daret
 ei uxorem sororem uxoris sue germanam thafnes re-
 gine. Venitque ei soror thafnes genebath filium
 et nutriuit eum thafnes in domo pharaonis. Et
 ratque genebath habitans apud pharaonem cum
 filiis eius. Cumque audisset adad in egypto dor-
 misse dauid cum patribus suis: et mortuum esse ioab
 principem militie: dixit pharaoni. Dimitte me: ut
 vadam in terram meam. Dixitque ei pharaon. Qua-
 em re apud me indiges ut queras ire ad terram
 tuam: ad ille respondit: nulla. Sed obsecro te ut di-
 mittas me. Suscitauitque ei deus aduersarius
 rason filium eliadam qui fugerat adadazer regem sa-
 ba dominum suum: et congregauit contra eum viros et fa-
 ctus est princeps latronum cum interficeret eos
 de abieruntque damascum et habitauerunt ibi: et constitu-
 erunt eum regem in damasco eratque aduersarius is-
 rael cunctis diebus salomonis. Et hoc est malum ad-
 dad et odium contra israel: regnauitque in syria hiero-
 boam qui filius nabath eufrateus de sareda
 seruis salomonis cui mater erat nomine serua:
 mulier vidua: leuauit manum contra regem. Et hec
 est causa rebellionis aduersus eum quod salomon
 edificauit mello: et coequauit voragine civita-
 tis dauid patris sui. Erat autem hieroboam vir for-
 tis et potens. Vidensque salomon adolescentem bo-
 ne indolis et industrium constituerat eum prefectum su-
 per tributa vniuersae domus ioseph. Factum est igitur
 in tempore illo ut hieroboam egredere de hierusalē
 et inueniret eum abias sylonites propheta in via op-
 tus pallio nouo. Erat autem duo tempus in agro. Ap-
 prehendensque abias pallium suum nouum quo coop-
 tus erat scidit in duodecim partes: et ait ad hiero-
 boam. Tolle tibi decem scissuras. Hec enim dicit
 dominus deus israel. Ego scindam regnum de manu sa-
 lomonis: et dabo tibi decem tribus. Porro vna
 tribus remanebit ei propter suum matrem dauid: et hieru-
 sales ciuitatem: quam elegi ex omnibus tribubus israel
 eo quod dereliquerit me. et adorauerit asberthen
 deas sidoniorum et chamos deum moab: et moloch
 deum filiorum ammon: et non ambulauerit in viis me-
 is ut faceret iustitiam coram me: et precepta mea et iu-
 dicia sicut deus pater eius. Nec auferam omne regnum
 de manu eius: sed ducem ponam eum cunctis diebus
 vite sue propter dauid seruum meum quem elegi
 qui custodiuit mandata mea et precepta mea.
 Auferam autem regnum de manu filii eius: et dabo tibi
 decem tribus: filio autem eius dabo tribum unam ut
 remaneat lucerna deus seruo meo cunctis diebus
 coram me in hierusalē ciuitate quam elegi: ut esset
 nomen meum ibi. Te autem assumam: et regnabis super
 omnia que desiderat anima tua: erisque rex super israel.
 Si igitur audieris omnia que precepero tibi: et ambu-

laueris in visceribus meis: et feceris quod rectum est cor-
 ram me custodiens mandata mea et precepta mea
 sicut fecit deus seruus meus ero tecum et edificabo tibi
 domum fidelē quod edificauit deus domum et tradam
 tibi israel: et asiligam semē deus super hoc: verumtamen
 non cunctis diebus. Voluitque salomon interficere
 hieroboam. Qui surrexit et aufugit in egyptum ad
 sesac regem egypti et fuit in egypto usque ad mor-
 tem salomonis. Reliquum autem verborum salomo-
 nis et omnia que fecit et sapientia eius: ecce vniuersa scrip-
 ta sunt in libro prophetarum dierum salomonis. Dies autem
 quos regnauit salomon in hierusalē super omnem is-
 rael: quadraginta anni sunt. Dormiuitque salomon
 cum patribus suis et sepultus est in ciuitate deus patris
 sui: regnauitque roboam filius eius pro eo.

¶ De roboam qui consilio usus est iuuenum et
 tempus super duas tribus rex constituit: hieroboam autem
 super decem tribus. de semeia propheta ad roboam misit
 seruum de vitulis aureis quos fecit hieroboam. XII

Uenit autem roboam in sychem. Illuc enim con-
 gregatus erat omnis populus israel ad con-
 stituendum eum regem. At vero hieroboam
 filius nabath cum adhuc esset in e-
 gypto profugus a facie salomonis regis audita
 morte eius reuersus est de egypto. Miserunt
 que et vocauerunt eum. Venitque hieroboam et omnis mul-
 tudo israel: et locuti sunt ad roboam dicentes. Propter tuam
 durissimum iugum imposuisti nobis: tu itaque nunc im-
 minue paululum de impio patris tui durissimo: et
 de iugo grauissimo quod imposuisti nobis. et ser-
 uiemus tibi. qui ait eis. Ite usque ad tertium diem: et
 reuertimini ad me. Cumque abisset populus inuit con-
 silium rex roboam cum senioribus qui assistebant coram sa-
 lomone prope eum cum adhuc viveret: et ait eis. Quod
 datus consilium ut respondeat populo: qui dixerunt ei. Si ho-
 die obedieris populo huic et fueris et petitiōis eo-
 rum cesseris. locutusque fueris ad eos proba lenia:
 erunt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit consilium
 senum quod dederat ei. et adhibuit adolescentes qui
 nutriti fuerant cum eo: et assistebant illi: dixitque ad
 eos. Quod mihi datus consilium: ut respondeat populo huic: qui
 dixerunt mihi. leui fac iugum quod imposuit propter tuam
 super nos. Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fue-
 rant cum eo. Sic loquere populo huic: qui locuti sunt ad te
 dantes. Propter tuam aggrauauit iugum nostrum: tu releua nos.
 Sic loquere ad eos. Minime digiti mei grossior est
 dorso patris mei. Et nunc propter me posuit super vos iu-
 gum graue: ego autem addam super iugum vestrum. Propter me ce-
 cidit vos flagellum. ego autem cedam vos scorpionibus.
 Venitque hieroboam et omnis populus ad roboam: die ter-
 tia: sicut locutus fuerat rex dicens. reuertimini ad
 me die tertia. Respondit rex populo dura: derelicto con-
 silio seniorum quod ei dederat. et locutus est eis per consilium
 iuuenum dicens. Propter me aggrauauit iugum vestrum: ego autem
 addam iugum vestrum. Propter me cecidit vos flagellum. ego
 autem cedam vos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo
 quoniam auerterat eum dominus ut suscitarz prophetam suum
 quod locutus fuerat in manu abie filonite ad hiero-
 boam filium nabath. Videns itaque quod nolisset
 eos audire rex respondit ei dicens. Que nobis pars in deo
 vel qui hereditas in filio isai: Uade in tabernaculum tuum

ii. Par. ix. g

A
 ii. Para. x. a

B

E
 ii. Para. x. c

D

D

Beii. xxx. d

E

F

ii. co.

B

ffrael. nunc vñde domū tuam dauid. Et abiit is-
 rael in tabernacula sua. Super filios autē isrl
 quecūq; habitabāt in ciuitatibus iuda: regna-
 uit roboā. Misit ergo rex roboā adurā qui es-
 rat super tributa et lapidauit eū omnis isrl.
 et mortuus est. Porro rex roboā festinus ascē-
 dit currū et fugit hierusalez. recessitq; israel a
 domo dauid vsq; in pñtem diē. Factū est autē
 cū audissz omnis israel qd reuersus eēt hierobo-
 am miserūt et vocauerunt eū cōgregato cetū.
 et cōstituerunt eū regem super omnē isral. nec
 secutus est quispiā domū dauid preter tribum
 iuda solā. Venit autē roboā hierusalē et cōgrega-
 uit vniuersam domū iuda et tribū bēiamin cēs-
 tum octoginta milia electorū viroz et bellatoz
 vt pugnaret cōtra domū israel. et reducerēt re-
 gnū roboā filio salomonis. Factus est autē ser-
 mo dñi ad semeiā virū dei dicens. Loquere ad
 roboā filiū salomonis regem iuda et ad oēm
 domū iuda et beniamin et reliquos de pplo dī
 cens. Hec dicit dñs. Non ascēdetis neq; bella-
 bitis cōtra fratres vestros filios israel. Ne uer-
 taf vir in domū suā. A me em factū est vbi hoc
 Audierūt sermonē dñi. et reuersi sunt de itinē-
 re sicut eis pceperat dñs. Edificauit autē hiero-
 boā sychem in monte effraim: et habitauit ibi
 Et egressus inde edificauit pmanuel. Dixitq;
 hieroboā in corde suo. Nūc reuertef regnū ad
 domū dd. Si ascēderit populus iste vt faciat sa-
 crificia in domo dñi in hierusalē: et cōuerterur
 cor ppli huius ad dñm suū roboā regē iuda in-
 terficiētq; me et reuertenf ad eū: et excogitato
 cōsilio fecit duos vitulos aureos. et dixit eis.
 Nolite vltra ascēdere in hierusalē. Ecce dñi tui
 israel: qui te eduxerūt de terra egypti. Posuit
 q; vnū in betbel. et alterū in dan. et factū ē ver-
 bum hoc in peccatū. Ibat em pplis ad adoran-
 dū vitulū vsq; in dan. Et fecit phana in excel-
 sis: et sacerdotes de extremis ppli qui nō erāt
 de filiis leui. Cōstituitq; diē solēnē i mēse octa-
 uo quintadecima die mēsis in similitudinē solēni-
 tatis que celebrabaf in iuda. Et ascēdens alta-
 re silr fecit i betbel. vt immolaret vitulis quos
 fabricatus fuerat. Cōstituitq; in betbel sacer-
 dotes excelsorū que fecerat. et ascēdit sup alta-
 re qd extruxerat in betbel: qntadecima die mē-
 sis octauū quē sūxerat de corde suo. Et fecit so-
 lenitatē filiis israel. et ascendit super altare vt
 adoleret incensum.

C. S. De viro dei qui venit in betbel q de i-
 sia nascituro pphauit. signū dat et de effusione
 cinis et dextera hieroboā qualif aruit et resti-
 tuta est. panē cū rege nō comederet. a ppheta
 quodā reductus est et cū eo panē comedit et a
 leone percussus est. q leo et asin stabāt iurta ca-
 dauer de sepultura eius facta a ppheta q eū
 sic duxerat.

Capitulum XIII

A Ecce vir dei venit de iuda in sermo-
 ne dñi in betbel hieroboā stāte super
 altare et thus faciēte. Et exclamauit
 p altare in sermone dñi et ait. Altare

altare. hec dicit dñs. Ecce filiū nascet domus dd
 iosias nomine. et immolabit super te sacerdo-
 tes excelsorū qui nūc in te thura succēdūt. et of-
 fa hominū super te incendet. Deditq; in illa
 die signū dicens. Hoc erit signū quod locut⁹ est
 dñs. Ecce altare scindetur. et effundef cinis q
 in eo est. Cūq; audisset rex sermonē hominis
 dei quē in clamauerat contra altare in betbel
 extendit manū suā de altari dicens. Appō-
 bendite eum. Et exaruit manū eius quā extē-
 derat contra eum: nec valuit retrahere eā ad
 se. Altare quoq; scissum est et effusus est cinis
 de altari. iurta signum qd pēdixerat vir dei in
 sermone dñi. Et ait rex ad virum dei. Depreca-
 re faciem dñi dei tui et ora p me: vt restitatur
 manū mea mibi. Quauit vir dei faciē dñi: et re-
 uersa est manū regis ad eū: et facta est sicut p-
 us fuerat. Locutus est autem rex ad virū dei.
 Veni mecū domū vt prandeas: et dabo tibi mu-
 nera. Rnditq; vir dei ad regē. Si dederis mī-
 bi mediam partem dom⁹ tue non veniā tecū
 nec comedā panem neq; bibā aquā in loco isto
 Sic enim mandatum est mibi in sermone do-
 mini precipientis. Non comedes panem neq;
 bibes aquam: nec reuertes per viam qua ve-
 nisti. Abiit ergo per aliam viam. et non est re-
 uersus per iter quovenerat in betbel. pphetes
 autē quidā senex habitabat in betbel: ad quē
 venerūt filij sui: et narrauerūt ei omnia opa q
 fecerat vir dei illa die in betbel. Et verba q locu-
 tus fuerat ad regem narrauerūt patri suo. Et
 dixit eis pater eorum. Per quā viam abiit? Dñi
 derunt ei filij sui viam per quā abierat vir dei
 qui venerat de iuda. Et ait filiis suis. Sternite
 mibi azinum. Qui cum strauissent ascendit et
 alij post virum dei: et inuenit eum sedentem
 subtus therebintū. Et ait illi. Tu ne es vir dei
 qui venisti de iuda? Rrespondit ille. Ego sum.
 Dixitq; ad eum. Veni mecū domū. vt come-
 das panem. qui ait. Non possum reuertī neq;
 venire tecum: nec comedam panem neq; bi-
 bam aquam in loco isto quia locutus est domi-
 nus ad me in sermone domini dicens. Nō co-
 medes panē et non bibas aquam ibi: nec reuer-
 teris p viā qua ieris. Qui ait illi. Et ego ppheta
 sum similis tui. Et angelus locutus est mibi
 in sermone domini dicens. Reduc eum tecum
 in domum tuam: vt comedat panem et bibat
 aquam. Fefellit eum et reduxit secum. Come-
 dit ergo panem in domo eius et bibit aquam.
 Cūq; sederent ad mensam factus est sermo
 domini ad pphetas qui reducerat eum. Et ex-
 clamauit ad virum dei qui venerat de iuda dī-
 cens. Hec dicit dominus. Quia non obediens
 fuisti orī domini: et non custodisti mandatum
 quod non precepit tibi dominus de⁹ tuus: et
 reuersus es et comedisti panem et bibisti aquā
 in loco in quo precepit tibi ne comederes panē
 neq; bibere aquam non inferetur cadauer tu-
 um in sepulcrū patrū tuoz. Cūq; comedisset et
 bibisset strauit azinum suum ppheta quē redu-

Para. t. d

E

Iobse. i. a
ij. Paral. xi. f
Ecci. xlvij. d

F

B

Ezo. xxxij. b

ij. Paral. xi. c

A

ii. re. xxiij. d

I. co.

2

E

I. co.

D

5. co.

E

D

ii. reg. vi

perat. Qui cum abisset inuenit eum leo in via: et occidit: et erat cadaver eius proiectum in itinere. Asinus autē stabat iuxta illū et leo stabat iuxta cadaver. Et ecce viri transeuntes viderunt cadaver proiectum in via et leonem stantem iuxta cadaver. Et venerunt et divulgaverunt in civitatem: in qua prophetes ille senex habitabat: quod eius audisset. Prophetes ille qui reducere eum de via: ait. Vir dei est qui inobediens fuit orationi domini et tradidit eum dominus leoni: et confregit eum: et occidit iuxta verbum domini quod locutus est ei. Dixitque ad filios suos. Sternite mihi asinum. Qui cum stravissent et ille abisset: invenit cadaver eius proiectum in via et asinum et leonem stantes iuxta cadaver. Non comedit leo de cadavere nec lesit asinum. Tulitque prophetes cadaver viri dei: et posuit illud super asinum et reversus intulit in civitatem. Prophetes senis ut plangerent eum: et posuit cadaver eius in sepulchro suo. Et planterunt eum: ben ben mi frater. Cumque plantassent eum. Dixit ad filios suos. Cum mortuus fuero sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profecto enim veniet sermo quem predixit in sermone domini contra altare quod est in betel et contra omnia phana excelsorum que sunt in urbibus samarie. Post verba hec non est reversus hieroboam de via sua pessima: sed e contrario fecit de novissimis populis sacerdotes excelsorum. qui cumque volebat implebat manum suam: et fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccavit domus hieroboam: et eversa est et deleta de superficie terre.

¶ De prophetia achie ad uxorem hieroboam. de morte abie filii eius. de morte hieroboam: de regno nadab filii eius. de peccatis suis. de sesach rege egypti qui spoliavit hierusalē. de scutis aureis et ereis de morte roboam et regno filii eius.

2a. XIII

In tempore illo egrotavit abias filius hieroboam. Dixitque hieroboam uxori sue. Surge et comuta habitum ne cognoscaris quod sis uxor hieroboam: et vade

in sylo ubi est abias. prophetes qui locutus est mihi quod regnaturus essem super populum hunc. Tolle quoque in manu tua decem panes et crustulam et vas mellis: et vade ad illum. Ipse enim indicabit tibi quid eveniturum sit puero huic. Fecit ut dixerat uxor hieroboam: et consurgens abiit in sylo: et venit in domum abie. At ille non poterat videre: quia caligaverant oculi eius pro senectute. Dixit autem dominus ad abiam. Ecce uxor hieroboam ingreditur ut consulat te super filio tuo qui egrotat. Hec et hec loqueris ei. Cum ergo illa intraret et dissimularet se esse que erat: audiit abias sonitum pedum eius introeuntis per ostium et ait. Ingredere uxor hieroboam. Quare aliam te esse simulas? Ego autem missus sum a te dominus nuncius. Vade et dic hieroboam. Hec dicit dominus deus israel. Quia exaltaui te de medio populi et dedi te ducem super populum meum israel:

et scidi regnum domini domini et dedi illud tibi: et non fuit sicut fuerat mihi domini quod custodiuit mandata mea: et securus est me in toto corde suo faciens quod placitum esset in conspectu meo: sed operatus es male super omnes que fuerunt ante te: et fecisti tibi deos alienos et statiles ut me ad iracundiam provocares: me autem peccasti per corpus tuum. Idcirco ecce ego inducam mala super domum hieroboam et percutiam de hieroboam migerem ad pietatem et clausum et novissimum in israel. et mundabo reliquas domus hieroboam sicut mundari solent filii mus usque ad purum. qui mortui fuerint de hieroboam in civitate comedent eos canes que autem mortui fuerint in agro: vorabunt eos anes celi que dominus locutus est. Tu igitur surge et vade in domum tuam et in ipso introitu pedum tuorum in vestibulo morietur puer. et plangent eum omnes israel et sepeliet. Iste enim solus inferet de hieroboam in sepulchrum. quia inuentus est super eo sermo bonus a domino deo israel in domo hieroboam. Constitutus est autem sibi dominus regem super israel qui percutiet domum hieroboam in hac die et in hoc tempore. et percutiet dominus deus israel. sicut moveri solet barum domo in aqua. Et euellet israel de terra bona hac quam dedit patribus eorum. et ventilabit eos trans flumen. quia fecerunt sibi lucos ut irritarent dominum. Et radet dominus deus israel propter peccata hieroboam que peccavit et peccare fecit israel. Surrexit itaque uxor hieroboam: et abiit. et venit in tberfa. Cumque illa ingrederetur limen domus: puer mortuus est et sepelierunt eum. Et plantavit eum omnis israel iuxta sermonem domini quem locutus est in manu serui sui abie. prophetes. Reliqua autem verborum hieroboam quomodo pugnaverit et quomodo regnaverit. ecce scripta sunt in libro prophetarum dierum regum israel. Dies autem quibus regnavit hieroboam viginti duo anni sunt. Et dormiit hieroboam cum patribus suis: regnavitque nadab filius eius pro eo. Porro roboam filius salomonis regnavit in iuda. Quadraginta et unius anni erat roboam cum regnare cepisset: decem et septem annis regnavit in hierusalē civitate quam elegit dominus ut poneret nomen suum ibi ex omnibus tribubus israel. Nomen autem matris eius naama amanites. Et fecit iudas malum coram domino. et irritaverunt eum super omnibus que fecerant patres eorum in peccatis suis que peccaverunt. Edificaverunt enim et ipsi sibi aras et statuas et lucos super omnem collem excelsum. et subter omnem arborem frondosam. sed et effeminati fuerunt in terra: feceruntque omnes abominationes gentium quas attrivit dominus ante faciem filiorum israel. In quinto autem anno regni roboam ascendit sesach rex egypti in hierusalem et tulit thesauros domus domini et thesauros regios et universa diripuit: scuta quoque aurea que fecerat salomon pro quibus fecit rex roboam scuta creta. et tradidit ea in manu ducum scutariorum et eorum que excubabant ante ostium domus regis. Cumque ingrederetur rex in domum domini portabant ea que presens eundi habebat officium: et postea reportabant ad armamentarium scutariorum. Reliqua autem simonum roboam et omnia que fecit: ecce scripta sunt in libro ser-

monū dierum regū iuda. Fuitq; bellū inter roboam et hieroboā cunctis diebus. Dormiuitq; roboā cū patribus suis. et sepultus est cū eis in ciuitate dauid. Nomē autē matris eius naama amanites. Et regnauit abia filius eius pro eo. **C. L. S.** De abia q̄ fecit malū. de pugna cū hieroboā q̄ dō fecit rectū excepto sermone v̄ie et thei. de asa q̄ regnauit post abia q̄ fecit rectum de plio inf̄ azam et baasa regē israel. de adiutorio benadab regi asa. de morte asa et de dolo re pedū ei. de iosaphat q̄ successit ei. de nadab rege filij hieroboā occiso. de baasa q̄ regnauit post eū q̄ percussit oēs domū hieroboā. **Ca. XV**

I dicitur in octauodecimo āno regni hieroboā filij nabath: regnauit abia sup iudā. Tribus annis regnauit in hierusalem. Nomen matris ei maacha filia abessalon abulauitq; in omnibus pctis patris sui q̄ fecerat añ eū: nec erat cor eius pfectū cū domino deo suo sicut cor dō patris ei. **Bz** ppter dō dedit ei dñs deus suus lucernā in hierusalem: eo q̄ fecisset dō rectū in oculis dñi: et non declinasset ab omib; q̄ p̄cepit ei cūctis diebus vite sue: excepto sermone v̄ie ethei. Attū bellum fuit inf̄ abia et hieroboā omni tpe vite eius. **Reliq;** autē sermonū abie et omnia q̄ fecit: nonne hec scripta sunt in libro p̄boz dierū regū iuda? Fuitq; plū inf̄ abia et inter hieroboā. Et dormiuit abia cū patribus suis et sepelierūt eū in ciuitate dō. regnauitq; asa filius ei p̄ eo. In anno ergo vicesimo hieroboā regis israel regnauit asa rex iuda. et q̄draginta et vno anno regnauit in b̄rlm. Nomen matris eius maacha filia abessalon: et fecit asa rectū añ p̄spectū dñi sicut dō pat̄ eius: et abstulit effemiatos de terra: purgauitq; vniuersas sordes idolorū q̄ fecerāt patres ei. Insuper et maachā matrē suā amouit ne eēt p̄nceps in sacris priapi et in luco eius quē p̄secrauerat. Subuertitq; specū ei et cōfregit simulacrū turpissimū: et cōbussit i torrete cedrō. Excelsa autē nō abstulit. Verūtāmē cor asa perfectū erat cū dño deo suo cūctis diebus suis. et intulit ea q̄ sanctificauerat pat̄ suus et vonerat i domū dñi argētū et aurū et vasa. Bellū autē erat inter asa et baasa regez israel cūctis diebus eoz. **Ascēdit** q; baasa rex israel in iudā et edificauit rama vt nō posset q̄sp̄ia egredi vel ingredi de pte asa regis iude. Tollēs itaq; asa oē argētū et aurū qd̄ remāserat in thesauris domus dñi: et in thesauris domus regie dedit illud in manus seruoꝝ suoz: et misit ad benadab filiū tabemōn filij eziō regē syrie q̄ habitabat in damasco dicens. **Fedus** ē inf̄ me et te et inf̄ patrē meū et patrē tuū: id̄ misi tibi munera argētū et aurū: et peto vt venias et irritū facias fedus qd̄ babes cum baasa rege isrl et recedat a me. **Acq̄escēs** benadab regi asa misit p̄ncipes exercitū sui in ciuitates isrl: et percusserūt abion et dan et abel domū maacha: et vniuersam cenneroth. omnē. s. terrā neptalim. **Qd̄** cū audisset

baasa intermisit edificare rama et reuersus est in tberfa. **Rex** autē asa nūciū misit in oēm iudā dicens. **Nemo** sit excusatus. Et tulerūt lapides de rama et ligna et q̄bus edificauerat baasa et extruxit de eis ret asa: gabaa beniamin et maspha. **Reliq;** autē oim̄ sermonū asa vniuerse fortitudines eius et cuncta q̄ fecit et ciuitates q̄s extruxit: nonne hec scripta sunt in libro verborū dierū regū iuda? **Verūtū** in tpe senectutis sue doluit pedes: et dormiuit cū patribus suis et sepultus est cum eis in ciuitate dauid patris sui. **Regnauitq;** iosaphat filius eius p̄ eo. **Nadab** vero filius hieroboā regnauit sup isrl anno secūdo asa regis iuda: regnauitq; sup israel duobus annis: et fecit qd̄ malū est in conspectu domini et abulauit in v̄ijs patris sui: et in pctis eius quibus peccare fecit israel. **Insidiat** est autē ei baasa filius abie de domo isachar: et percussit eū in gebbethon que est v̄bs philistinorum. **Siq̄dē** nadab et omnis isrl obsidebāt gebbethon. **Interfecit** q; illum baasa in anno tertio asa regis iuda: et regnauit p̄ eo. **Cumq;** regnasset percussit omnē domū hieroboā. **Nō** dimisit nec vnā quidē aiā de semine eius donec dederet eū iuxta verbū dñi qd̄ locutus fuerat in manu serui sui abie sylonitis ppter pctā hieroboam q̄ peccauerat et quibus peccare fecerat israel et ppter delictū quo irritauerat dñm deū israel. **Reliq;** autē sermonū nadab et oia que opat̄ est: nōne hec scripta sunt in libro verborū dierū regū israel? **Fuitq;** bellū inf̄ asa et baasa regē israel cunctis diebus eoz. **Anno** tertio asa regis iuda regnauit baasa filius abie sup oēm israel in tberfa viginti quattuor ānis: et fecit malum corā dño abulauitq; in v̄ijs hieroboā et in pctis eius quibus peccare fecit israel.

C. L. S. De iebu p̄pha misso ad baasa. de morte baasa et q̄ baasa interfecit iebu cui successit bela filius eius quē occidit zari et regnauit p̄ eo q̄ postea semetip̄m succēdit cū obsideret eū Amri quē elegerat israel: media p̄ ppli sequebatur thebni p̄ualuit tñ pplis q̄ erat cuz ari. de regno achab filio eius de reedificatione hierosolobo ab abiel.

Cap. XVI
Actus est autē sermo dñi ad iebu filiū anani cōtra baasa dicens. **Pro** eo q̄ exaltauit te de puluere et posui te ducem super populū meū israel: tu autē ambulasti in via hieroboā: et peccare fecisti populū meū isrl: vt me irritares in peccatis eoz: ecce ego demetā posteriorā baasa et posteriorā domus ei: et faciā domū tuā sicut domū hieroboam filij nabath. **Qui** mortuus fuerit de baasa in ciuitate comedēt eū canes: et q̄ mortuus fuerit et eo in regione: comedēt eū volucres celi. **Reliq;** autem sermonū baasa et quecūq; fecit et p̄elia eius: nōne hec scripta sunt in libro verborū dierum regū israel? **Dormiuit** q; baasa cū patribus suis: sepultusq; est in tberfa: et regnauit bela filius eius p̄ eo. **Eū** autē in manu iebu filij anani p̄p̄ete verbū dñi factū eēt p̄tra

h. pa. xiiij. a

h. pa. xiiij. a

7. co.

D

E

h. pa.

h. reg. it. s

D

8. co.

E

S

B

baasa et contra domum eius: et contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum suarum ut fieret sicut domus hieroboam: ob hanc causam occidit eum: hoc est iebu filium anani propheta. Anno vicefimo setto asa regis iuda regnavit bela filius baasa super israel in tberfa duobus annis: et rebellavit contra eum servus suus zambri dux medie partis equitum. Erat autem bela in tberfa bibens et temulentus in domo arsa prefecti tberfa. Irruens ergo zambri percussit et occidit eum anno vicefimo septimo asa regis iuda: et regnavit pro eo. Eumque regnasset et sedisset super solium eius percussit omnem domum baasa: et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem et propinquos et amicos eius. Delevitque zambri omnem domum baasa iuxta verbum domini: quod locutus fuerat ad baasa in manu iebu prophete propter universa peccata baasa et peccata bela filii eius quae peccaverunt et peccare fecerunt israel provocantes dominum deum israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum bela et omnia quae fecit nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Anno vicefimo septimo asa regis iuda regnavit zambri septem diebus in tberfa. Porro exercitus obsidebat gebbethon urbem philistinorum. Eumque audisset rebellasse zambri et occidisse regem: fecit sibi regem omnis israel amri qui erat princeps militie super israel in die illa in castris ascendit ergo amri et omnis israel cum eo de gebbethon et obsidebant tberfa. Videns autem zambri quod expugnanda esset civitas ingressus est palatium et succendit se cum domo regia: et mortuus est in peccatis suis: qui peccaverat faciens malum coram domino et abulans in via hieroboam et in peccato eius quo fecit peccare israel. Reliqua autem sermonum zambri et infidiarum eius et tyrannidis nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Tunc divisus est populus israel in duas partes. Media pars populi sequebatur thebni filium gineth ut constitueret eum regem: et media pars ari. Prevaluit autem populus qui erat cum ari populo qui sequebatur thebni filium gineth: mortuusque est thebni et regnavit ari. Anno tricesimo primo asa regis iuda: regnavit ari super israel duodecim annis. In tberfa regnavit sex annis: emittens motum samarie a somer duobus talentis argenti: et edificavit eum et vocavit nomen civitatis quam extruxerat: nomine somer domini motus samaria. Fecit autem ari malum in conspectu domini et operatus est nequit super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulavitque in omni via hieroboam filii nabath: et in peccatis eius quibus peccare fecerat israel ut irritaret dominum deum israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum ari et plura eius quae gessit nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum israel. Dormiit itaque ari cum patribus suis: et sepultus est in samaria: regnavitque achab filius eius pro eo. Achab vero filius ari regnavit super israel anno tricesimo octavo asa regis iuda. Et regnavit achab filius ari super israel in samaria viginti et duobus annis. Et fecit achab filius ari malum in conspectu domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec suffecit ei ut abul-

laret in peccatis hieroboam filii nabath insuper duxit uxorem iezabel filiam methaal regis sidoniorum. Et abiit et servavit baal et adoravit eum. et posuit aram baal in templo baal quod edificaverat in samaria et plantavit lucum. Et addidit achab in opere suo irritans dominum deum israel super omnes reges israel qui fuerunt ante eum. In diebus eius edificavit abiel de betbel hiericho. In abira primitivo suo fundavit eam: et in seculum novissimo suo posuit portas eius iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu ioseph filii num.

E. S. Venit belias ad achab dandit celum ne pluat: pascit a cornis. et post a muliere sareptina suscipit cum farina. de bidria lechitus olei non deficit etiam eius filium suscitavit belias. XVII

E Dixit belias thesaurarius de habitatoribus galaad ad achab. Vivit dominus deus israel in cuius conspectu sto. si erit annis bis ros et pluvia: nisi iuxta oris mei verba. Et factum est verbum domini ad eum dicens. Recede hinc et vade contra orientem. et abscondere in torrente carith qui est contra iordanem. et ibi de torrente bibes: cornisque precepi ut pascant te ibi. Abiit ergo et fecit iuxta verbum domini. Eumque abisset sedit in torrente carith qui est contra iordanem. Cornisque deferebant ei panem carnes mane. filii panem et carnes vespere. et bibebat de torrente. Post dies autem aliquotus siccatus est torrentis. non enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad eum dicens. Surge et vade in sareptam sidoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulierem viduam ut pascat te. Surrexit et abiit in sareptam sidoniorum. Eumque venisset ad portam civitatis: apparuit ei mulier vidua colligens ligna: et vocavit eam dicens ei. Da mihi paululum aque in vase ut bibam. Eumque illa proferret ut afferret: clamavit pro se ipso et dicens. Affer mihi obsecro et buccellam panis in manu tua. Que respondit. Vivit dominus deus tuus quia non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farine in hydria et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna ut ingrediar et faciam illud mihi et filio meo ut comedamus et moriamur. Ad quam belias ait. Noli timere. sed vade et fac sicut dixisti. Verumtamen mihi pro munus fac de ipsa farina subcinericium panem pro muliere et affer ad me. tibi autem et filio tuo facies postea. Hec autem dicit dominus deus israel. Hydria farine non deficiet. nec lechitus olei minuetur usque in die in qua dominus daturus est pluviam super faciem terre. Que abiit et fecit sicut verbum belie. Et comedit ipse et illa et domus eius: et ex illa die hydria farine non defecit. et lechitus olei non est imminutus. iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu belie. Factum est autem post verba hec egrotavit filius mulieris matrisfamilias. et erat languor fortissimus ita ut non remaneret in eo balium. Dixit ergo ad beliam. Quid mihi et tibi vir dei? Ingressus es ad me ut rememorarentur iniquitates mee. et interficeres filium meum. Et ait ad eam belias. Da mi-

II. Reg. I. D

H
I. Reg. V. C
II. Reg. V. E
Iaco. V. DB
Lu. III. D

Jud. III. C

Ecc. VI. A

L

D

iii. reg. iij. f
Ac. xx. c

bi filium tuum. Tulitque eum de sinu eius et portavit in cenaculum ubi ipse manebat et posuit super lectulum suum: et clamavit ad dominum et dixit. Domine deus meus etiam ne viduam apud quas ego ut cum sustentor afflixisti ut interficeres filium eius. Et expandit se atque mensus est super puerum tribus vicibus et clamavit ad dominum et ait. Domine deus meus revertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudivit dominus vocem belise: et reversa est anima pueri intra eum: et reversit. Tulitque belias puerum et deposuit eum de cenaculo in inferiores domum et tradidit matri sue. Et ait illi. En vivit filius tuus. Dixitque mulier ad beliam. Nunc in isto cognovi quoniam vir dei es tu et verbum domini in ore tuo verum est.

C S. Venit belias ad achab ut de ei pluvia de abdiam que prophetas domini abscondit. c. et pavit. de ostensione belie ad achab: de interfectione sacerdotum. Baal et belia post assumptionem holocausti: et igne missio de celo. de pluvia data. Ca. XVIII.

P Est dies multos factum est verbum domini ad beliam in anno tertio dicentis. Vade et ostende te achab ut dem pluviam super faciem terre. Fuit ergo belias ut ostenderet se achab. Erat autem fames vehemens in samaria. Vocavitque achab abdiam dispensatorem domus sue. Abdias autem timebat dominus deus valde. Nam cum interficeret iezabel prophetas domini: tulit ille centum prophetas et abscondit eos quinquagenos et quinquagenos in speluncis et pavit eos pane et aqua. Dixit ergo achab ad abdiam. Vade in terras ad universos fontes aquarum: et in cunctas valles si forte possim invenire herbam et saluare equos et mulos et non penitus iumenta intereant. Diviseruntque sibi regiones ut circumirent eas. Achab ibat per viam unam: et abdias per viam alteram secusum. Cumque esset abdias in via belias occurrit ei. Qui cum cognovisset eum: cecidit super faciem suam et ait. Num tu es domine mihi belias? Cui ille respondit. Ego et dixit. Vade et dic domino tuo. Adest belias. Et ille. Quid peccavi inquit quoniam trades me servum tuum in manu achab ut interficiat me? Vivit dominus deus tuus quia non est gens aut regnum in quo non miserit dominus meus te requirens. Et respondens cunctis non est hic: adiuravit regna singula et gentes eo quod minime respiceris. Et nunc dicis mihi vade et dic domino tuo: adest belias. Cumque recessero a te: spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro: et ingressus nunciabo achab et non inveniens te: interficiet me. Servus autem tuus timeat dominum ab infamia sua. Numquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim cum interficeret iezabel prophetas domini: quod absconderim de prophetis domini ceteros viros quinquagenos et quinquagenos in speluncis et pavierim eos pane et aqua. Et nunc tu dicis vade et dic domino tuo adest belias ut interficiat me. Et dixit belias. Vivit dominus exercituum ante cuius vultum sto. quia hodie apparebo ei. Abiit ergo abdias in occursum achab et indicavit ei. Venitque achab in occursum belie: et cum

vidisset eum: ait. Tu ne es ille qui turbas israel? Et ait. Non ego turbavi israel: sed tu et domus patris tui qui dereliquistis mandata domini et secuti estis baalim. Verumtamen nunc mitte et congrega ad me universum israel in monte carmeli et prophetas baal quadringentos quinquaginta prophetasque lucorum quadringentos qui comedunt de mensa iezabel. Misit achab ad omnes filios israel et congregavit prophetas in monte carmeli. Accedens autem belias ad omnes populum israel ait. Usquequo claudicatis in duas partes. Si dominus est deus sequimini eum. Si autem baal sequimini illum. Et non respondit ei populus verbum. Et ait rursus belias ad populum. Ego remansi propheta domini solus. prophete autem baal quadringenti et quinquaginta: prophetesque lucorum quadringenti viri sunt. Dentur nobis duo boues et illi eligant sibi bovem unum et in frustra cedentes ponant super ligna: ignem autem non supponant. Et ego faciam bovem alterum: et imponam super ligna: ignem autem non supponam. Invocate nomina deorum vestrorum et ego invocabo nomen dei mei: et deus qui exaudiverit per ignem ipse sit deus. Respondens omnis populus ait. Optima propositio quam locutus est belias. Dixit ergo belias prophetis baal. Eligite vobis bovem unum et facite primum quia vos plures estis: et invocate nomina deorum vestrorum: ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bovem quem dederat eis: fecerunt et invocabant nomen baal de mane usque ad meridiem dicentes. Baal exaudi nos. Et non erat vox: nec qui responderet. Transiitque altare quod fecerant. Cumque esset iam meridies: illudebat illis belias dicens. Clamate voce maiore. Deus enim est et forsitan loquitur: aut in diversorio est: aut in itinere aut certe dormit ut excitetur. Clamabant ergo voce magna: et incidebant se iuxta ritum suum cultris et lanceolis donec perfunderentur sanguine. Postquam autem transiit meridies et illis prophetantibus: venerat tempus quo sacrificium offerri solet: nec audiebat vox nec aliquis respondebat nec attendebat orantes. Dixit belias omni populo. Venite ad me. Et accedente ad se populo curavit altare domini quod destructum fuerat: et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum iacob: ad quem factus est sermo domini dicens: israel erit nomen tuum: et edificavit de lapidibus altare in nomine domini. Fecitque aqueductum quasi per duas aratunculas in circumitu altaris et composuit ligna: divisitque per membra boues: et posuit super ligna. et ait. Implete quatuor hydrias aqua: et fundite super holocaustum et super ligna. Rursumque dixit. Etiam secundo hoc facite. Qui cum fecissent secundo ait. Etiam tertio id ipsum facite. Feceruntque tertio et currebant aque circum altare et fossa aqueductus repleta est. Cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum accedens belias propheta ait. Domine deus abraham et isaac et israel: ostende hodie

iii. reg. iij. b
i. co.

quia tu es deus israel et ego seruus tuus: et iurata preceptum tuum feci omnia verba hec. Et audi me dñe et audi me ut discat populus iste: quia tu es dñs deus et tu peruertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis dñi et vorauit holocaustum et ligna et lapides pulueremque et aquam que erat in aqueductu lambens. Quod cum vidisset omnis populus cecidit in facie sua: et ait. Dñs ipse est deus: dñs ipse est deus. Dixitque belias ad eos. Apprehendite prophetas baal et ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent durit eos belias ad rorentem cyson. Et interfecit eos ibi. Et ait belias ad achab. Ascende comede et bibe: quia sonus multe pluuie est. Ascendit achab ut comederet et biberet. belias autem ascendit in verticem carmeli: et vnus in terram posuit faciem suam inter genua sua: et dixit ad puerum suum. Ascende et prospice contra mare. Qui cum ascendisset et contempletus esset ait. Non est quicquam. Et rursus ait illi. Reuertere septem vicibus. In septima autem vice ecce nubecula parua quasi vestigium bovis ascendebat de mari. Qui ait. Ascende: et dic achab. Iunge currum tuum et descende: ne occubet te pluuia. Cumque se verteret huc atque illuc ecce celi contenebrati sunt: et nubes et ventus et facta est pluuia grandis. Ascendens itaque achab abiit in iezabel et manus dñi facta est super beliam accinctisque lumbis curreat ante achab donec veniret in iezabel.

C. S. Fugit belias iezabel dormit sub vmbra iuniperi mane in spelunca petit anime sue mortem videt dñm: mittit vngere azabel regem super syriam et iebu super israel et beliseus in prophetam per se: beliseus sequitur et sibi ministrat. XIX

D Unciauit autem achab iezabel omnia que fecerat belias et quomodo occidisset vnuerfos prophetas baal gladio. Misitque iezabel nuncium ad beliam dicens. Hec mihi faciant dii et hec addat: nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam vnus et illis. Timuit ergo belias et surgens abiit quocumque eus ferebat voluntas: venitque in bersabee iuda: et dimisit ibi puerum suum et perxit in desertum viam vnus diei. Cumque venisset et sederet subter vnam iuniperi petiuit anime sue ut moreretur: et ait. Sufficit mihi dñe: tolle animam meam. Neque enim melior sum quam patres mei. Profecitque se: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: et dixit illi. Surge comede. Reperit: et ecce ad caput suum submericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rursus obdormiuit. Reuersusque est angelus dñi secundo: et tetigit eum: dixitque illi. Surge comede. Gratias enim tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit et bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus usque ad montem dei oreb. Cumque venisset illuc: mansit in spelunca. Et ecce sermo domini ad eum: dixitque illi. Quid hic agis belia? At ille respondit: zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactum domi-

 nerunt ad me duo adulescentes de monte effraim:
 et filii prophetarum. **D**ad eis talentum argenti: et ve
 stes mutatorias duplices. **D**ixitque naaman.
Melius est ut accipias duo talenta. **E**t coegit
 eum. **L**igauitque duo talenta argenti in duobus
 saccis. et duplicia vestimenta et iposuit duobus pu
 eris suis. qui et portauerunt coram eo. **E**umque venisset
 iam vesperi tulit de manu eorum: et reposuit in
 domo. **D**imisitque viros et abierunt. ipse autem in
 gressus stetit coram domino suo. **E**t dixit beliseus
 Unde venis giesi? **Q**ui respondit. **N**on iuit ser
 uus tuus quocumque. **A**t ille ait. **N**onne cor meum in
 presenti erat quando reuersus est homo de cur
 ru suo in occursum tuum? **N**unc igitur accepisti ar

gentium et accepisti vestes: ut emas oliveta et vineas
 et oves et boues et seruos et ancillas. **S**ed et
 lepra naaman adberet tibi et semini tuo usque
 in sempiternum. **E**t egressus est quasi nix ab
 eo leprosus.

Cap. III. **B**eliseus ferrum dilapsum reuocat ad lignum. **V**edidit. **L**xxx. argenteis caput asini et quarta
 pars cabister coris colubarium quinquaginta argenteis. **R**ex
 syrie pugnat contra israel. **D**irigit per beliseo qui se
 creta occulta insidiarum pandit israeli: **E**xecantur
 directi: et in samariam ducti et resecti dimittuntur
 salui. **D**ue mulieres comedunt infantes pro
 fame. **H**omicida mittitur ut praescindat caput belisei.

Cap. VI

Dixerunt autem filii prophetarum ad beliseum. **E**cce locus in quo habitamus cor
 ram te angustus est nobis. **E**am usque
 ad iordanem: et tollant singuli de silua
 materias singulas. ut edificemus nobis ibi locum
 ad habitandum. **Q**ui dixit. **I**te. **E**t ait vnus ex
 illis. **V**eni ergo et tu cum seruis tuis. **R**espondit. **E**go
 veniam. **E**t abiit cum eis. **E**umque venissent ad iordanem
 cedebant ligna. **A**ccidit autem ut cum vnus ma
 teriam succidisset: caderet ferrum securis in aquam
Exclamauitque ille et ait. **H**eu heu heu domine mihi: et
 hoc ipsum mutuo acceperam. **D**ixit autem homo dei.
Ubi cecidit? **A**t ille monstrauit ei locum. **P**recidit
 ergo lignum et misit illuc. **N**atauitque ferrum: et ait.
Tolle. **Q**ui extendit manum et tulit illud. **R**ex au
 tem syrie pugnat contra israel: **C**onsiliu[m]que inuit
 cum seruis suis: dicens. **I**n loco illo et illo ponamus
 insidias. **M**isit itaque vir dei ad regem israel
 dicens. **L**auere ne transeas in locum illum. quia ibi sy
 ri in insidiis sunt. **M**isit itaque rex israel ad locum
 quem dixerat ei vir dei: et preoccupauit eum et
 obseruauit se ibi non semel neque bis. **C**onturbatumque
 est cor regis syrie pro hac re. **E**t conuocatis
 seruis suis ait. **Q**uare non indicatis mihi.
 quis proditor mei sit apud regem israel. **D**ixitque
 vnus seruorum eius. **N**equaquam domine mihi rex. sed
 beliseus propheta qui est in israel indicat regi
 israel omnia verba quecumque locutus fueris in
 conclauis tuo. **D**ixitque eis. **I**te et videte vbi sit.
 ut mittam et capiam eum. **A**nnunciauere ei dicen
 tes. **E**cce in dothaim. **M**isit ergo illuc equos et
 currum et robur exercitus. **Q**ui cum venissent nocte
 circumdederunt ciuitatem. **C**onsurgens autem diluculo
 minister viri dei egressus est. **V**iditque exercitus
 in circuitu ciuitatis et equos et currus. **N**uncia
 uitque ei dicens. **H**eu heu heu domine mihi quid faciemus?
At ille respondit. **N**oli timere. **P**lures enim nobiscum
 sunt quam cum illis. **E**umque orasset beliseus ait. **D**omine
 aperi oculos pueri huius ut videat. **E**t aperit dominus oculos
 pueri et vidit: et ecce mons plenus equis et curruum
 igneorum in circuitu belisei. **H**ostes vero descenderunt
 ad eum. **P**orro beliseus orauit ad dominum dicens.
Percute obsecro gentem hanc cecitate. **P**ercussitque
 eos dominus ne viderent iuxta verbum belisei. **D**i
 xit autem ad eos beliseus. **N**on est becunia: neque ista est
 ciuitas. **S**equimini me et ostendam vobis virum quem queritis.
Duxit ergo eos in samariam. **E**umque ingressi fuisset

Zu. iij. e

S. iij. d

B

ij. pa. 8

Deu. c. vij.

ij. re. c. iij.

Ire. iij.

ij. re. c. iij.

l. reg.

ij. c.

ij. pa.

Ben.

8

sent in samaria dicit beliseus. Dñe aperi oculos istorum vt videant. Aperuitq; dñs oculos eorum et viderunt se esse in medio samarie. Dicitq; rex israel ad beliseum. cum vidisset eos. Numquid percussam eos pater mi? Et ille ait. Non percussis. Neq; enim cepisti eos gladio et arcu tuo vt percussas. Sed pone panem et aquam coram eis. vt comedant et bibant et vadant ad dñm suum. Appositaq; est eis ciborum magna preparatio. Et comederunt et biberunt: et dimisit eos. abieruntq; ad dñm suum. Et ultra non venerunt latrones syrie in terram israel. Factum est aut post hoc congregauit benadab rex syrie vniuersum exercitum suum: et ascendit et obsidebat samariam. Factaq; est fames magna in samaria: et tandem obsessa est donec venudaret caput asini octoginta argenteis: et quarta pars cabister coris colubarum quicq; argenteis. Cumq; rex israel transiret per murum: mulier quidam exclamauit ad eum: dicens. Salua me dñe mi rex. Qui ait. Non te saluet dñs. Vni te possum saluare? De area vel de torculari? Dicitq; ad eam rex. Quid tibi vis? Que respondit. Mulier ista dicit mihi. Da filium tuum vt comedamus eum hodie. et filium meum comedemus cras. Lotum ergo filium meum et comedimus: dicitq; ei altera die. Da filium tuum vt comedamus eum. Que abscondit filium suum. Quod cum audisset rex scidit vestimenta sua: et transibat per murum. Viditq; ois populus cilicium: quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Et ait rex. Hec mihi faciat deus: et si addat. si steterit caput belisei filij sabbat super ipsum hodie. Beliseus aut sedebat in domo sua et senes sedebant cum eo. Premisit itaq; virum et anteq; veniret nuncius: ille dicit ad senem. Nunquid scitis quod miserit filius homicidie buc vt percussas caput meum? Videte ergo cum venerit nuncius: claudite ostium et non sinatis eum introire. Ecce enim sonitus pedum dñi ei? eum est. Adhuc illo loquente eis apparuit nuncius qui veniebat ad eum. Et ait. Ecce tibi malum a dño est. Quid amplius expectabo a dño. L. S. de quattuor viris leprosis summittit consolatio vbertatis abundantis. leprosi nunciant de fuga syriorum. de copia simule et bordei. de morte ducis non credentis beliseo.

Capitulum VII

1. co. **D**ixit aut beliseus. Audite verbum dñi. Hec dicit dñs. In tpe hoc cras modius simile vno statere erit. et duo modii bordei statere vno in porta samarie. Rñs vnus de ducibus super cuius manu rex incubebat boi dei: ait. Si dñs fecerit letitia cataractas in celo. nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis et inde non comedes. Quattuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum porte: qui dixerunt adinuicem. Quid hic esse volumus donec moriamur? Siue ingredi ciuitatem voluerimus fame moriemur. siue manserimus hic moriemur: dum nobis est. Venite ergo et transfugiamus ad castra syrie. Si pepererit nobis viuemus. si aut occidere voluerit: nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vesperi vt venirent ad castra syrie. Cumq; venissent ad principium castrorum syrie nullum ibidem reppererunt. Si quidem dñs sonitum audi-

risfecerat in castris syrie currum et equorum et exercitum plurimum. Dixeruntq; ad inuicem. Ecce merce de condutit aduersus nos rex israel reges getheorum et egyptiorum: et venerunt super nos. Surrexerunt ergo et fugerunt in tenebris: et dereliquerunt tentoria sua: et equos et asinos in castris. fugeruntq; aias terram suam saluare cupientes. Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum ingressi sunt vnum tabernaculum et comederunt et biberunt. tuleruntq; inde argentum et aurum. et vestes: et abierunt et absconderunt. Et rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum. et inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntq; adinuicem. Non recte facimus. Hec enim dies boni nuncij est. Si tacuerimus et noluerimus nunciare vsq; mane: sceleris arguemur. Venite eam et nunciemus in aula regis. Cumq; venissent ad portam ciuitatis narrauerunt eis: diceret. Iuramus ad castra syrie: et nullum ibidem repperimus boies: nisi equos et asinos alligatos: et fixa tentoria. Surrexerunt ergo portarum et nunciauerunt in palatio regis: intrinsecus. Qui surrexit nocte: et ait ad seruos suos. Dico vobis quod fecerint nobis syri. Sciunt quod fame laboramus: et idcirco egressi sunt de castris et latitant in agris: dicentes. Cum egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos: et tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit aut vnus seruorum eius. Tollamus quicq; equos qui remanserunt in vrbe: quia ipsi terram sunt in vniuersa multitudine israel. alij enim consumpti sunt. remittentes explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos. misitq; rex in castra syriorum: dicens. Ite et videte. Qui abierunt post eos vsq; ad iordanem. Ecce autem omnis via plena erat vestibus et vasibus que piecerat syri cum turbarent. Surrexeruntq; nuncij idcirca regi. Et egressus suis populus diripuit castra syrie. factusq; est modius simile statere vno. et duo modii ordei statere vno iuxta verbum dñi. Porro rex ducem illum in cuius manu incuberat constituit ad portam quem conculcauit turba in introitu porte. et mortuus est. iuxta quod locutus fuerat vir dei qui descenderat rex ad eum. Factusq; est secundum sermonem viri dei: quem dixerat regi qui ait. duo modii bordei statere vno erunt. et modius simile statere vno hoc eodem tpe cras in porta samarie. qui responderat dux ille viro dei: et dixerat. etiam si dñs fecerit cataractas in celo. nunquid poterit fieri quod loqueris? et dicit ei. videbis oculis tuis et inde non comedes. Euenit ergo et sicut predictum erat: et conculcauit eum populus in porta: et mortuus est.

L. S. De fame septem annorum et sumamite pegrinante. de morte benadab et regno azabel. rece dit edom ab iuda facto sibi rege. moris rex iuda. et regnat ochosias filius eius.

Capitulum VIII

Heliseus aut locutus est ad mulierem cuius viuere fecerat filium dicens. Surge: vade tu et domus tua: et peregrinaberis: et repereris. Vocabit enim dñs famem: et veniet super terram septem annis. Que surrexit et fecit iuxta verbum boi dei: et vadens cum domo sua: pegrinata est in terram philistinum.

E

Deu. xxviii

1. re. xliii. a

Ire. liii. b

S. Re. xlii. a

E

D

S. co.

H

S. liii. S

diebus multis. cumque finiti essent anni septem: reuer-
 sa est mulier de terra philistinorum. Et ingressa est ut
 interpellaret regem pro domo sua et pro agris suis.
 Rex autem loquebatur cum giesi pueroviro dei dicens.
 Narra mihi omnia magnalia que fecit beliseus. Cum
 quod ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset: ap-
 paruit mulier cuius vivificaverat filium clamans
 ad regem pro domo sua et pro agris suis. Dixitque gi-
 esi. Domine mihi rex hec est mulier. et hic est filius eius
 quem suscitavit beliseus. Et interrogavit rex muli-
 erem que narravit ei vera esse. Deditque ei rex eunu-
 chum unum dicens. Restitue ei omnia que sua sunt: et uni-
 versos reddat agrorum a die qua reliquit terram
 que ad presens. Venitque beliseus damascum: et bena-
 dab rex syrie egrotabat. Nunciaveruntque ei dice-
 tes. Venit vir dei hic. Et ait rex ad azabel. Tol-
 le tecum munera et vade in occursum viri dei et
 consule dominum pro eum dicens. Si eundem potero de-
 firmum meam habere. Fuit igitur azabel in occur-
 sum eius habens secum munera et omnia bona
 damasci onera quadraginta camelorum. Cum
 quod stetit coram eo ait. Filius tuus benadab rex
 syrie misit me ad te dicens. Si sanari potero de
 infirmitate mea habere. Dixitque ei beliseus. Vade
 dic ei. Sanaberis. Porro ostendit mihi dominus quia
 morte morietur. Stetitque cum eo et conturbatus
 est usque ad suffusionem vultus. Fleveruntque vir dei.
 cui azabel ait. Quare dominus meus flet? At ille di-
 xit. Quia scio que facturum sis filiis israel ma-
 la. Evitantes eorum munitas igne succendes. et
 iuvenes eorum interficies gladio et parvulos eo-
 rum elides: et pregnantes dividis. Dixitque aza-
 bel. Quid enim sum servus tuus canis: ut faciam rez
 istam magnam? Et ait beliseus. Ostendit mihi dominus
 te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab beliseo:
 venit ad dominum suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit
 beliseus? At ille respondit. Dixit mihi. recipies sa-
 nitatem. Cumque venisset dies altera: tulit stragu-
 lum et infudit aquam: et expandit super faciem eius.
 Quo mortuo regnavit azabel pro eo. Anno qui-
 nto iozabam filii achab regis israel regnavit iozabam
 filius iosaphat rex iuda. Trigintaduorum annorum
 erat cum regnare cepisset. et octo annis regna-
 vit in hierusalem. Ambulavitque in viis regum
 israel. sicut ambulaverat domus achab. Filia
 enim achab erat uxor eius. Et fecit quod malum
 est in conspectu domini. Noluit autem dominus dis-
 dere iudam propter david servum suum. sicut pro-
 miserat ei ut daret illi lucernam: et filius eius
 cunctis diebus. In diebus eius recessit edom
 ne esset sub iuda: et constituit sibi reges. Venitque
 iozabam seyr et omnis exercitus cum eo. Et sur-
 rexit nocte: percussitque idumeos qui eum circum-
 dederant: et principes currum. Populus autem
 fugit in tabernacula sua. Recessit ergo edom
 ne esset sub iuda usque ad diem hunc. Tunc re-
 cessit et lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum
 iozabam et universa que fecit. nonne hec scripta sunt in
 libro verborum dierum regum iuda? Et dormivit iozabam
 cum patribus suis: sepultusque est cum eis in civitate
 david: et regnavit ochosias filius eius pro eo. An-

no duodecimo iozabam filii achab regis israel re-
 gnavit ochosias filius iozabam regis iude. Triginti-
 duorum annorum erat ochosias cum regna-
 re cepisset: et uno anno regnavit in hierusalem.
 Nomen matris eius atbaltia filia amri regis is-
 rael. et ambulavit in viis domus achab. et fecit
 quod malum est coram domino sicut domus achab.
 Bener enim domus achab fuit. Abijt quoque cum
 iozabam filio achab ad preliandum contra azabel re-
 gem syrie in ramoth galaad: et vulneraverunt
 syri iozabam. Qui reversus est ut curaretur in is-
 rael. quod vulneraverunt eum syri in ramoth pre-
 liantem contra azabel regem syrie. Porro ochosias
 filius iozabam rex iuda descendit inuisere iozabam
 filium achab in israel. quod egrotabat ibi.

¶ L. S. De vinctioe iebu in regem super israel qui
 percussit iozabam et interfecit ochosiam et iesabel que
 comederunt canes

¶ La. IX

Heliseus autem prophetes vocavit unum
 de filiis prophetarum: et ait illi. Acci-
 ge lumbos tuos: et tolle lenticulam olei
 hanc in manu tua: et vade in ramoth
 galaad. Cumque veneris illuc videbis iebu filium
 iosaphat filii namsi. Et ingressus suscitabis e-
 um de medio fratrum suorum. et introduces in in-
 terius cubiculum: tenesque lenticulam olei fundes
 super caput eius et dices. Hec dicit dominus.
 Unxi te regem super israel. Aperiesque ostium et
 fugies et non ibi subsistes. Abijt ergo adolescens
 puer prophete in ramoth galaad: et ingressus est
 illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant.
 Et ait. Verbum mihi ad te o princeps. Dixitque
 iebu. Ad quem et omnibus nobis? At ille di-
 xit. Ad te o princeps. Et surrexit et ingressus est
 cubiculum. At ille fudit oleum super caput eius.
 Et ait. Hec dicit dominus deus israel. Unxi te
 regem super populum domini israel: et percus-
 tiones domum achab domini tui. Et viciscar san-
 guinem servorum meorum prophetarum. et
 sanguinem omnium servorum domini de ma-
 nu iesabel. perdamque omnem domum achab.
 Et interficiam de domo achab in gentem ad
 parietem et clausum et novissimum in israel. Et
 dabo domum achab sicut domum hieroboam
 filii nabath. et sicut domum baasa filii achia.
 Iesabel quoque comedent canes in agro iesa-
 bel. nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium
 et fugit. Iebu autem ingressus est ad servos
 domini sui. Qui dixerunt ei. Recte ne sunt om-
 nia? Quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis.
 Nostis hominem et quid locutus sit? At illi re-
 sponderunt. Falsum est. sed magis narra nobis.
 Qui ait eis. Hec et hec locutus est mihi. Et
 ait. Hec dicit dominus. Unxi te regem super is-
 rael. Festinaverunt itaque: et unusquisque tollens
 pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitu-
 dinem tribunalis. et cecinerunt tuba atque dixerunt.
 Regnabit iebu. Constituravit ergo iebu filius iozabam
 saphat filii namsi contra iozabam. Porro iozabam obsede-

B

E

iii. re. xiii. a

B

E

ii. pal. xxi. b

ii. reg. vii. b

S

iii. re. m. et. i. d.

E
j. co.

B
ii. reg. vii.

ramatoth galaad. ipse et omnis israel contra asabel regem syre. et reuersus fuerat vt curare tur in iezabel. ppter vulnera. q. pcusserant eu syri prestantes contra asabel regem syrie. Dixitq. iebu. Si placet vobis nemo egrediat. pfugus de ciuitate ne vadat et nunciet in iezabel. Et ascendit et pfectus est in iezabel. Iora em egrotabat ibi. et ochozias rex iuda descenderat ad visitandu iora. Igitur speculator q. stabat sup turrim iezabel vidit globu iebu venientis. Et ait. Video ego globu. Dixitq. iora. Tolle curru et mitte in occursum eoz. et dicat vadens. Recte ne sunt omnia. Abijt ergo q. ascenderat curru in occursum eius. et ait. Hec dicit rex. Pacata sut oia. Dixitq. iebu. Quid tibi et paci. Transi et sequere me. Nunciauit q. speculator. dicens. Venit nuncius ad eos. et no reuertit. Misit etia curru equoz sedm. Venitq. ad eos. et ait. Hec dicit rex. Nunquid par est. Et ait iebu. Quid tibi et paci. Transi et sequere me. Nunciauit aut speculator. dicens. Venit vsq. ad eos. et no reuertitur. Est aut incessus quasi incessus iebu filij namfi. Preceps em gradif. Et ait iora. Iungite curru. Iunxeruntq. curru eius. Et egressus e ioram rex israel. et ochozias rex iuda. singuli in curribus suis. Egressiq. sunt in occursum iebu et inuenerunt eu in agro naboth iezraelite. Tu q. vidisset ioras iebu. dixit. Pax est iebu. At ille respondit. Que par. Adhuc fornicationes iezabel matris tue. et veneficia eius multa vigent. Conuertit aut iora manu sua. et fugiens ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro iebu tetedit arcum manu. et pcussit ioram inter scapulas. et ingressa est sagitta p. cor ei. statimq. corruit in curru suo. Dixitq. iebu ad badachar ducem. Tolle pnce eu i agro naboth iezraelite. Memini em qm ego et tu sedentes in curru sequebamur achab patrem huius. q. dñs on. hoc leuauerit sup eu dicens. Si no. p. sanguine naboth et pro sanguine filioz eius que vidi beri. ait dñs redam tibi in agro isto dicit dñs. Nunc ergo tolle et pnce eum in agro iuxta verbu dñi. Ochozias aut rex iuda videns hoc. fugit p via dom. boxi. psecutusq. est eum iebu. et ait. Etiaz bunc pcutite in curru suo. Et pcusserunt eu in ascensu gaber q. est iuxta ieblaam. Qui fugit in magedo. et mortu. est ibi. Et imposuerunt euz serui ei. super curru suu et tulerunt in hierlm. sepelieruntq. in sepulcro cu patrib. suis i ciuitate dauid. Anno vndecimo ioram filij achab regis israel. regnauit ochozias sup iudam. venitq. iebu in iezrael. Porro iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos sibi. et ornauit caput suu. et respexit p fenestram ingredientem iebu per portam et ait. Nunquid par pot. esse zamri qui interfecit dñm suuz. Leuauitq. iebu facie sua ad fenestram. et ait. Que est ista. Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. et dixerunt. Hec est illa iezabel. At ille dixit eis. Precipitate eaz deo. sum. Et pcipitauerunt ea. Aspensus est sanguine paries et equoz yngule coculcauerunt ea.

Lūq. itrogressus est. vt comederet et biberet ait. Ite et videte maledictam illaz et sepelite eam. q. filia regis est. Lūq. issent vt sepelirent eam no inuenerunt nisi caluariam et pedes et summas man. Reuersiq. nunciauerunt ei Et ait iebu. Sermo dñi est que locutus est p seruu suu belia tes bitem. dicens. In agro iezabel comedent canes carnes iezabel. Et erunt canes iezabel sicut stercus sup faciem terre in agro iezabel. ita vt pretereutes dicat. Heccine si est illa iezabel.

C. L. S. de occisione. lxx. filioz achab. de. tñ. vi. ris fratribus ochozie iugularis. de ionadab filio achab et sacerdotibus baal occisis. et teplo destructo. ppter pctm iebu. et p eo regnat ioas chas filius eius. pmittitur regnum israel Iebu vsq. ad quartam generationem.

Ca. X

Erant aut achab septuaginta filij in samaria. Scripsit ergo iebu litteras et misit in samarias ad optimates ciuitatis et ad maiores natu. et ad nutricios achab. dicens. Sarim vt acceperitis litteras has qui habetis filios dñi vestri et curru et equos et ciuitates firmas et arma eligit meliorem et euz qui vobis placuerit de filiis dñi vestri. et cum ponite sup solium patris sui. et pugnate p domo dñi vestri. Timuerunt illi veementer. et dixerunt. Ecce duo reges no potuerunt stare coram eo. et quomodo nos valebimus resistere. Miserunt ergo ppositi domus et prefecti ciuitatis et maiores natu et nutricij ad iebu. dicens. Serui tui sumus. quecuq. iusseris faciemus. nec constituemus nobis regem. Quecuq. tibi placent fac. Rescripsit autem eis litteras secundo. dicens. Si mei estis et obedietis mihi. tollite capita filioz domini vestri. et venit ead me hac eadem hora cras in iezabel. Porro filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Lūq. venisset littere ad eos. tulerunt filios regis et occiderunt septuaginta viros. et posuerunt capita eoz in cophinis. et miserunt eu in iezabel. Venit autem nuncius ad eum. et indicauit ei dicens. Attulerunt capita filioz regis. Qui respondit. Ponite ea ad duos acernos iuxta introitu porte vsq. mane. Lūq. dilurisset egressus est stans dixit ad omnem populū. Iusti estis. Si ego iurauit contra dñm meū et interfeci euz. quis pcussit omnes vos. Videte ergo nunc qm non cecidit de sermonibus domini in terra quos locutus est dñs super domu achab. et dominus fecit qd locutus est in manu serui sui belie. Percussit igif iebu ocs q. reliqui erant de domo achab in iezabel et inuicatos optimates ei. et notos et sacerdotes. donec no remanerent ex eo reliquie. Et surrexit et venit i samaria. Lūq. venisset ad camera pastor in via inuenit frēs ochozie regis iuda. dixitq. ad eos. Qui nā estis vos. Qui ruderunt. Frēs ochozie regis sum. et descendim ad salutandos filios regis et filios regie. Qui ait. Lōsbēdite eos viuos. Quos cū pprehēdissent

iiij. reg. xxi. f. s. co.

Judi. viij. g.

B

L

Reg. vi. c.

D viros: iugulauerunt eos in cisterna supra came-
ram quadraginta duos viros: et non reliquit ex
eis quemquam. Luncq; abisset inde: inuenit ionadab
filium rechab in occursum sibi: et benedixit ei.
Et ait iebu ad eum. Nunquid est cor tuum re-
ctum cum corde meo. sicut cor meum cum cor-
de tuo? Et ait ionadab. Est. Si est inquit: da mi-
hi manum tuam. Qui dedit ei manum suam.
At ille leuauit eum ad se in currum: dixitq; ad
eum. Veni mecum et vide zelum meum pro do-
mino. Et impositum in curru suo duxit in sama-
riam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de
achab in samaria usq; ad vnum. iuxta verbum
domini quod locutus est per belsam. Congre-
gauit ergo iebu omnem populum: et dixit ad eos.
Achab coluit baal parum: ego autem colam
eum amplius. Nunc igitur omnes propebetas ba-
al et vniuersos seruos eius: et cunctos sacerdo-
tes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui non ventat.
Sacrificium enim grande est mihi baal. Quis-
cumq; defuerit non viuet. Porro iebu faciebat in
fido. vt disperderet cultores baal. Et dixit. Sa-
ctificate die solenne baal. Vocauitq; et misit iuni-
ueros terros israhel et uenerunt cuncti sui baal. Non fu-
it residuum ne vnus quidem qui non ueniret. Et ingressi sunt
templum baal. Et repleta est domus baal a sum-
mo usq; ad summum. Dixitq; his qui preerat
super vestes. Proferte vestimenta vniuersis ser-
uis baal. Et protulerunt eis vestes. Ingressus
q; iebu et ionadab filius rechab templum baal.
ait cultoribus baal. Perquirite et videte ne quis
forte vobiscum sit de seruis domini. sed vt sint
serui baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerent
victimas et holocausta: iebu autem preparaue-
rat sibi foris octoginta viros: et dixerat eis.
Quicumq; fugerit de hominibus his quos ego
adduxero in manus vestras: anima eius erit pro
anima illius. Factum est autem cum comple-
tum esset holocaustus precepit iebu militibus
et ducibus suis. Incedimini et percutite eos.
Nullus euadat. Percusseruntq; eos in ore gla-
dij et proiecerunt milites et duces. Et ierunt in
ciuitatem templi baal. et protulerunt statuam de
phano baal: et combusserunt et comminuerunt
eam. Destruerunt quoq; edem baal. et fece-
runt pro ea latrinas usq; in diem hunc. Dele-
uit itaq; iebu baal de israel veruntamen a pec-
catis hieroboam filij nabath qui peccare fecit
israhel: non recessit: nec dereliquit vitulos aure-
os qui erant in bethel et in dan. Dixit autem do-
minus ad iebu. Quia studiose egisti quod rectus
erat et placebat in oculis meis: et omnia que
erant in corde meo fecisti contra domum achab
filij tui usq; ad quartam generationem sedebunt
super thronum israel. Porro iebu non custodi-
uit. vt ambularet in lege domini dei israel. in
toto corde suo. Non enim recessit a peccatis hie-
roboam qui peccare fecerat israel. In diebus illis
cepit dominus tedere super israel. Percussit
q; eos azabel in vniuersis finibus israel. a for-
dane contra orientalem plagam. omnem terram

galaad et gad et ruben et manasse. ab aroer qui
est super torrentem arnon et galaad et basan.
Reliqua autem verborum iebu et vniuersa que
fecit et fortitudo eius. nonne hec scripta sunt in
libro verborum dierum regum israel. Et dormi-
uit iebu cum patribus suis: sepelieruntq; eum
in samaria: et regnavit ioachim filius eius pro
eo. Dies autem quos regnavit iebu super israhel
viginti et octo anni sunt in samaria.

Cap. XI
De atbalia regina et ioas occultato et
facto rege in iuda per ioiada sacerdotem. de morte
atbalie regine ioiadas pepigit fedus inter
regem et populum: et preponitur.

Athalia vero mater ochozie videns mor-
tuum filium suum. surrexit et interfes-
cit omne semen regium. Tollens autem
iosaba filia regis ioam: soror ochozie
ioas filium ochozie furata est eum de medio fi-
liorum regis qui interficiebantur. et nutricem
eius de tridinio: et abscondit eum a facie atba-
lie vt non interficeretur. eratq; cum ea sex an-
nis clam in domo domini. Porro atbalia regnavit
super terram septem annis. Anno autem septimo
misit ioiada: et assumens centuriones et milites
introduxit ad se in templum domini. pepi-
gitq; cum eis fedus. Et adiurans eos in domo
domini. ostendit eis filium regis: et precepit il-
lis: dicens. Iste est sermo quem facere debetis.
Tertia pars vestrum introeat sabbato. et ob-
seruet excubias domus regis. Tertia autem pars
sit ad portam seyr. et tertia pars sit ad portas que
est post habitaculum scutariorum: et custodietis
excubias domus messa. Due vero partes e-
vobis omnes egredientes sabbato custodiant
excubias domus domini circa regem. et vallabitis
eum habentes arma in manibus vestris. Si
quis autem ingressus fuerit septimum templi in-
terficiatur. Eruntq; cum rege introeunte et eg-
rediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia
que preceperat eis ioiada sacerdos. Et assumen-
tes singuli viros suos qui ingrediebantur sab-
batum cum his qui egrediebantur e sabbato.
venerunt ad ioiadem sacerdotem. Qui dedit
eis hastas et arma regis dauid. que erant in do-
mo domini. Et steterunt singuli habentes ar-
ma in manu sua a parte templi dexteram usq; ad
partem sinistram altaris et edis. circum regem
produxitq; filium regis et posuit super eum dya-
dema: et testimonium. Feceruntq; eum regem et
vnterunt: et plaudentes manu dixerunt. Amen.
Audiuit autem atbalia vocem populi curren-
tis. et ingressa ad turbas in templum domini. vi-
dit regem stantem super tribunal iuxta mores
et cantores et turbas prope eum. omnemq; populum
terre letantem et canentem tubis: et scidit vestimenta
sua: clamavitq;. Coniuratio. coniuratio. Prece-
pit autem ioiada centurionibus qui erant sup-
exercitum: et ait eis. Educite eam extra septa
templi. et quicumq; eam secutus fuerit fertat gla-
dio. Dixerat enim sacerdos. non occidas in tem-
plo domini. Imposueruntq; ei manus et impe-

1. Reg. vi. 8

E

S

B

serunt eam p viam introitus equorum iuxta palacium: et interfecta est ibi. Depigit ergo ioas da fedus inter deū et regē et inter pplm vt esset populus dñi: et inter regē et pplm. Ingressusque est oīs populus terre templū baal et destruxerunt aras eius. et imagines cōtrierunt valide nabā quoque sacerdotem baal occiderunt corā altari. Et posuit sacerdos custodias i domo domini tulitque centuriones et ceretbi et pbeleti legiones: et oēm pplm terre: deduxeruntque reges de domo dñi. Et venerunt per viam porte scutorum in palaciū: et sedit sup thronū regū. Letatusque est oīs pplm terre: et ciuitas cōquiescit atballa autē occisa est gladio in domo regis. septemque annis erat ioas cū regnare cepisset.

Ca. X. Quia sacerdotes nō instaurauerunt domus deo. pbibiti sunt a rege ioas vltra pecunias accipere a transeuntibus. de gazophylatio numero. de ascensu asabel rex syrie. et asportauit thesaurum hierlm mittente sibi rege ioas. Duo et seruis ioas occiderunt ipsū ioas: de regno amasie filij eius.

Ca. XII. Anno septimo iebu regnauit ioas quadraginta annis regnauit in hierlm. nomen matris eius sebia de bersabee.

Afecitque ioas rectū corā dño cunctis diebus quibus docuit eū ioiada sacerdos: verū tamen excelsa nō abstulit. Adhuc enim pplus imolabat et adolebat in excelsis incensum. Dirigitque ioas ad sacerdotes. Oēm pecuniā sanctorū q̄ imolata fuerit in tēplū dñi a p̄tereuntib⁹ que offertur p̄ pctō anime: et quā sponte et arbitrio cordis sui inferunt in templum dñi. accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suū: et instaurant sartatecta domus si quid necessarius viderint instauracione. Igitur vsque ad vice simū tertium annū regis ioas nō instaurauerunt sacerdotes sartatecta tēpli. Vocauitque rex ioas ioiada pontificē et sacerdotes: dicens eis. Quare sartatecta nō instauratis tēpli. Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum: sed ad instauracionē templi reddite eā. Prohibiti que sunt sacerdotes vltra accipere pecuniam a pplō: et instaurare sartatecta dom⁹. Et tulit ioiada pontifex gazophylatiū vnus apuitque foramē desup. et posuit illud iuxta altare ad dexterā ingredientū domū dñi. mittebantque in eo sacerdotes q̄ custodiebant ostia oēm pecunias q̄ deferebat ad templū dñi. Eūque viderēt nimia pecuniā esse in gazophylatio: ascēdebat scriba regis et p̄tifer. effundebantque et nūerabant pecuniā q̄ iuenebatur in domo dñi: et dabant eā iuxta numerū atque mensurā in manu eorū qui p̄erant cemetarijs domus dñi. Qui impendebant eam in fabricis lignorū et in cemetarijs his q̄ operabant in domo dñi: et sartatecta faciebant et in his q̄ cedebant sara: et vt emerēt ligna et lapides q̄ excidebant: ita vt implef instauratio dom⁹ dñi in vnīuersis q̄ indigebat expēsa ad muniendā domū. Verū nō fiebant ex eadem pecuniā bydris templi dñi et fu-

scinule et thuribula et tube et omne vas aureus et argenteus: de pecuniā q̄ inferebatur in templum dñi. His enim q̄ faciebāt opus dabat: vt instauraretur tēplum dñi: et non fiebat ratio his hoībus q̄ accipiebāt pecuniā vt distribuere eam artificib⁹: sed in fide tractabant eā. Pecuniam vero p̄ delicto: et pecuniā p̄ peccatis nō inferebant in templū dñi: q̄ sacerdotum erat. Tunc ascendit asabel rex syrie et pugnabat cōtra geth: cepitque eā et direxit faciē suā vt ascenderet in hierusalem. Quāobrem tulit ioas rex iuda oīa sanctificata que consecrauerat ioas pbat et ioiada: et ochozias patres eius reges iuda et que ipse obtulerat: et vnīuersum argentū qd̄ inueniri potuit in thesauris tēpli dñi et in palacio regis: misitque asabeli regi syrie: et recessit ab hierusalem. Reliqua autē sermonū ioas et vnīuersa que fecit: nōne hec scripta sunt in libro broyboz dierū regū iuda: Surrexerunt autē serui eius et p̄iurauerunt inter se: percusseruntque ioas in domo mello in descensu sela. Josachar nanque filius semath. et iosabath filius somer serui eius percusserunt eū: et mortuus est. Et sepelierunt eū cum patribus suis in ciuitate dauid. regnauitque amasias filius eius p̄ eo.

Ca. XIII. De regno ioachim. et qd̄ fecit malum. et traditus est in manus syrie. de ioas filio eius qui regnauit p̄ eo. De ioas et sagittis eius quas fecit coras beliseo p̄ fenestrā orientālē. de morte belisei: et de resuscitatione mortui ad tactus ossium belisei in sepulchro. de morte asabel p̄ quo regnauit benadab in syria que percussit ioas tribus vicibus.

Capitulum VIII. Anno vice simo tertio ioas filij ochozie regis iude. regnauit ioachā filij iebu sup israel in samaria decē et septē annis. et fecit malū coras dño. Secutusque est peccata hieroboā filij nabath q̄ peccare fecit israel. et nō declinauit ab eis. Fratrusque est est furo: dñi cōtra israel: et tradidit eos in manu asabel regis syrie et in manu benadab filij asabel cūctis diebus. Depcatus est autē ioacham faciē dñi: et audiuit eū dñs. Vidit enim angustia israel: q̄ attriuerat eos rex syrie. Et dedit dñs saluatores israeli. et liberatus est de manu regis syrie. habitaueruntque filij israel in tabernaculis suis. sicut beri et nudisterti. Verū tamen nō recesserunt a pctis dom⁹ hieroboā q̄ peccare fecit israel. sed in ipsis ambulauerunt. Siq̄dem et lucus p̄māsit in samaria et nō sunt derelicti ioachā de pplō nisi quinquaginta eq̄tes et decē curr⁹. et decē milia peditū. Interfecerat enim eos rex syrie et redegerat quasi pulueres in tritura aree. Reliqua autē sermonū ioacham et vnīuersa q̄ fecit et fortitudo eius. nōne hec scripta sunt in libro sermonū diez regū israel. Dormiuitque ioacham cū patrib⁹ suis et sepelierunt euz in samaria. regnauitque ioas filius eius p̄ eo. Anno tricesimo septimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioacham sup israel in samaria sedecim annis. et fecit quod malum est in cōspectu

L dñi. Nō declinuit ab oibus peccatis hieroboā filij nabatb qui peccare fecit israel: sed in ipsis ambulauit. Reliqua autē sermonū ioas ⁊ vniuersa que fecit ⁊ fortitudo eius quō pugnauerit cōtra amasiam regem iuda. nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū israel. Et dormiuit ioas cū patrib⁹ suis. hieroboā autē sedit sup solū ei⁹. Porro ioas sepultus est in samaria cū regib⁹ israel. Belise⁹ autē egrotabat infirmitate q̄ et mortu⁹ est. Descēditq; ad euz ioas rex israel ⁊ flebat coraz eo: dicebatq; p̄r mī: pater mī: currus israel ⁊ auriga eius. Et ait illi beliseus. Affer arcū ⁊ sagittas. Tuncq; attulisset ad euz arcū ⁊ sagittas: dixit ad regē israel. Pone manū tuā sup arcū. Et cū posuisset ille manus suā: supposuit beliseus man⁹ suas manib⁹ regis: et ait. Aperi fenestrā orientalem. Tuncq; aperuisset: dixit belise⁹. Iace sagittam. ⁊ fecit: ⁊ ait beliseus. Sagitta salutis dñi. ⁊ sagitta salutis cōtra syriam. Percutiesq; syriam in aphec donec cōsumas eā. Et ait. Tolle sagittas. Qui euz tulisset. rursum dixit ei. Percute iaculo terras. Et cū percussisset trib⁹ vicibus ⁊ stetit: irat⁹ est vir dei cōtra eum: ⁊ ait. Si percussisses quinquies aut series siue septies: percussisses syriā vsq; ad p̄ summationē. Nunc autē tribus vicib⁹ percutes eam. Mortu⁹ est q̄ beliseus ⁊ sepelierunt euz. Latrūculi autē de moab venerūt in terrā in ipso anno. Quidā autē sepelientes boiē viderūt latrūculos: ⁊ p̄fecerūt cadauer in sepulchro belisei. Qd cū tetigisset ossa belisei: reuertit homo ⁊ stetit sup pedes suos. Igī azabel rex syrie afflixit israel: cūctis diebus ioachā. Et misert⁹ est dñs eoz ⁊ reuersus est ad eos p̄pter pactū suum qd habebat cū abraaz ⁊ isaac ⁊ iacob: et noluit disperdere eos: neq; p̄ncere penit⁹ vsq; in p̄ns t̄ps. Mortuus est autē azabel rex syrie. ⁊ regnauit benadab filius ei⁹ p̄ eo. Porro ioas filius ioachā tulit vrbes de manu benadab filij azabel quas tulerat de manu ioachā patris sui iure p̄lij. Tribus vicibus percussit eū ioas: et reddidit ciuitates israel.

L. S. De amasia filio ioas regis iude q̄liter regnauit ⁊ vicit. sed vicit⁹ est ioas a rege israel ⁊ ductus in isrl. De spoliatiōe birlm quā fecit ioas rex israel: cui successit filius ei⁹ hieroboaz in regē sup israel. Amasias vero rex iuda occisus est in iachis: cui successit azarias filius ei⁹. hieroboā restituit israel. Hierobe successit azarias.

A anno secūdo ioas filij ioachā regis israel regnauit amasias filij ioas regis iuda: viginti quinq; annoz erat cū regnare cepisset. Viginti autē ⁊ nouem annis regnauit in hierlm. Nomē matris eius ioadem de hierusalem. Et fecit rectū corā dño. veruntū nō vt dō pater ei⁹. Iuxta oia que fecit ioas pater su⁹ fecit. nisi tm̄ hoc qd excelsa nō abstulit. Adhuc em̄ ppl's adolebat ⁊ imolabat in censum in excelsis. Tuncq; obtinisset regnū percussit seruos suos qui interfececerant regem pas-

trem suum. filios autē eoz qui occiderant non occidit: iuxta qd scriptū est in libro legis moy si sicut p̄cepit dñs dicens. Non morient p̄res p̄ filiis neq; filij p̄ patrib⁹: sed vnusquisq; in peccato suo moriet⁹. Ipse percussit edom in valle salinarum decē milia ⁊ apprehendit petrā in prelio. vocauitq; nomen eius iezebel vsq; in presentem diē. Tunc misit amasias nuncios ad ioas filij ioacha filij iebu regis israel dicens. Veni ⁊ videamus nos. Remisitq; ioas rex israel ad amasiam regē iuda: dicens. Carduus libani misit ad cedrum q̄ est in libano: dicens. Da filiam tuā filio meo vxorem. Transferuntq; bestie saltus que sunt in libano: ⁊ cōculcauerunt carduū. Percutens inualuisti sup edom: ⁊ subleuauit te cor tuū. Eōtent⁹ esto glia: ⁊ sede in domo tua. Quare puocas malū: vt cadas tu ⁊ iudas tecum. Et nō accevit amasias. Ascenditq; ioas rex israel: ⁊ viderūt se ipse ⁊ amasias rex iuda in betsbames oppido iude. Percussusq; ē iuda corā israel: ⁊ fugerūt vnusquisq; in tabernacula sua. Amasiam vero regē iuda filium ioas filij ochosie cepit ioas rex israel in betsbames ⁊ adduxit eū in bierlm. Et interrupit murū bierusalem a porta effraim vsq; ad portā anguli. q̄ dringentis cubitis. Tulitq; omē aurū ⁊ argentum ⁊ vniuersa vasa q̄ inuenta sunt in domo domini ⁊ in thesauris regis: ⁊ obsides. ⁊ reuersus est in samarias. Reliqua autē verborū ioas q̄ fecit: ⁊ fortitudo eius qua pugnauit cōtra amasiam regē iuda: nōne hec scripta sunt in libro sermonum dierū regū israel? Dormiuitq; ioas cū patrib⁹ suis ⁊ sepultus est in samaria cū regib⁹ israel: ⁊ regnauit hieroboam filius eius p̄ eo. Uixit autē amasias filius ioas rex iuda. postq̄ mortuus est ioas filius ioachā regis israel: viginti quinq; annis. Reliqua autē sermonū amasie. nōne hec scripta sunt in libro sermonū dierū regū iuda? Factaq; est cōtra eum cōiuratio in bierusalem. at ille fugit in iachis. Miseruntq; post eū in iachis: ⁊ interfecerunt eum ibi: ⁊ asportauerunt in equis: sepultusq; est in bierusalem cū patrib⁹ suis in ciuitate dd. Tulit autē vniuersus pplus iude azariā annos natū sedecim. ⁊ cōstituerunt eum regē p̄ patre ei⁹ amasia. Ipse edificauit abilaz ⁊ restituit eam iude postq̄ dormiuit rex cū patrib⁹ suis. Anno quōto decio amasie filij ioas regis iuda regnauit hieroboā filius ioas regis israel in samaria q̄ draginta ⁊ vno anno. ⁊ fecit qd malum est coram dño. Nō recessit ab oibus peccatis hieroboaz filij nabatb: q̄ peccare fecit israel. Ipse restituit terminos israel ab introitu emath vsq; ad mare solitudinis: iuxta sermonē dñi dei isrl quē locutus est p̄ seruū suū ionā filij amatbi. p̄ p̄betam. q̄ erat de getb q̄ est in opber. Uidit ei dñs afflictioez israel amarā nimis. ⁊ qd cōsumpti essent vsq; ad clausos carceris ⁊ extremos et nō esset q̄ auxiliaret isrl. Nec locut⁹ est dñs vt deleret nomē israel de sub celo: sed saluauit eos in manu hieroboā filij ioas. Reliq; autē ser-

s.ij.b

D

Ecc. xlvij. b

A. Par. xlv. a

B

Deu. xlv.

ij. Par. xlv.

ij. Par. xlv.

E

D

E

ij. Pa. xlv.

S

B